

ἄσπονδος ἔστ' πόλεμος: ita ipsius etiam palato omnes Ceremonias minus sapere manifestum est.

59. Vnde Reformationum Ecclesiarum aestu flagrans, bipenni magis, securi & igni, quam verbo DEI fundamenta Religionis suæ ponere: & nihil non turbare consuevit. Cuius rei exemplum valde perspicuum, Reformatio in vicino Ducatu Anhaltino, haud ita pridem Spiritus Carolstadiano suscepta, nobis ob oculos constituit.

60. Vel denique in excessu peccatur Remissione animi & timiditate: quando nimirum in gratiam hostium veritatis, tempore edendæ Confessionis, Ceremoniæ quædam vel admittuntur: vel abolentur.

61. Prioris generis lapsum videre est in συρραζῆ Interimistica, ubi in gratiam Pontificiorum, nihil magis quam Evangelij omnimodam abolitionem quærentium, in admissione quarundam Ceremoniarum Pontificiarum, in abrogatione item aliorum rituum fuit cessum: & cessione ista majores Ecclesiæ turbæ & pericula indies creata: id quod præter alia vel maximè testantur Acta Synodica harum regionum, impressa VVitebergæ anno 1559.

62. Posterioris generis lapsum vidit superioribus annis in hac regione Ecclesia, quando Sacramenta-

menta-